# 6. Abschrift

**Index et Liber Memoriarum et festorum** comparatorum in ecclesia herisiensi per anni Curriculum secundum Kalendarium inveniendorum ad Capellam Sancti Lamberti deputatus pro quolibet intuente

**455** [477]

**456** [478]

[477] *<Haec pagina tota postea addita esse apparet cum titulo alia manu scripto>:* Liber Praesentiarum Calendarium Festorum et Memoriorum <!> Ecclesiae Herisiensis nec non Notamina de Sanctarum Saturninae et Fortunatae vita et officio.

[478] <Haec pagina 456 vacua est.>

**457**

Januarius[479]

1. Circumcisio Domini

(Procurator Distributor Ecclesiae dabit Dominabus et 4 Dominis cuilibet Scutellam cum Pomis et reputatur hoc pro Praesentia, quia praesentibus tantum datur, nunc etiam porrigitur omnibus Beneficiatis residentibus et in divinis praesentibus, Altenheerse et Istrup exclusis. Abba accipit 3 Scutellas, Officialis Dominae et Structuarius unam.)[480] Modo dotatum et augmentatum est hoc Festum per Capi-tulum 5 Imperialibus etiam datur cuivis praesenti Amphora vini pro xenio de Anno 1576[481]

2. Octava Sancti Stephani dotata per Capitulum 3 Imperialibus Anno 1563

3. Octava Ioannis Evangelistae: Dotata per Dominum Hermannum Tylen Hebdomadarium secundum, et servatur per omnia sicut in Die Sancto et

---

[479] <*Alia manu ad marginem scriptum*>*:* Notanda. Primo. Dos, Singulis Festis et Memoriis infra adscripta, plerumque non aliter notata est, quamvis posterius forte mutata fuerit. Secundo. Ea, quae lineolis curvis = ( ) conclusa sunt, nunc usus abolevit et tempus. <*Tertia manu ad marginem scriptum est*>*:*

Anmerkung: Verfasser dieser "Notanda" ist Franz Anton Kramme aus Warburg, ein geborner Jude, von 1777 bis 1781 Pastor primus hier; starb als Pfarrer in Neuhaus. <*Quarta manu*>*:* - Nicht Kramme, vgl. S. 37, letzte Eintragung für den erst 1797 gestorbenen Waldeyer. Kalendarium von Crux, Notanda von Knippschild.

[480] <*Lineolae curvae postea additae sunt.*>

[481] <*Alia manu*>*:* ; pro qua, Sicut in reliquis festis, nunc solvuntur 8 grossi. Ita et pro Scutellis cum pomis nunc dantur directorium et calendarium minus. Post Vesperam duo Sacerdotes juniores ante aram Summam praecinunt Lytaniam de Sanctissimo Nomine Jesu. Reliqui respondent = 12 grossi. Ad manus.

ministrat<ur> una Marca ex curia et Domo Georgii dicti Wessels aliquando Vormans et una Marca ex Praepositura in Augmentationem. cuilibet pulsanti dantur 2 denarii. Adhuc 2 Marcis augmentatum est 1563.

Nota: Omnes Memoriae, quae infra dalerum sunt in valore: addetur eis /ex communione tantum/ ut ad Suppletionem daleri se extendant; et quaelibet quota assignata est Memoriis ut patet intuenti in Locis suis.[482]

**458** Januarius

6. Epiphania Domini: Festum institutum per Capitulum et ministrantur ad idem de Praepositura seu Communione 5 Florenorum daler nuncupatorum Valor<*e*>. Lumen nocturnale: Quilibet propria conscientia ductus merito celebrabit glorioso et gaudioso Festo movente. Pensio est apud Validos Armigeros de Amelunxen.

Feria quarta post Epiphaniam Memoria duorum Joannis Voss et Joannis Vogels et dantur de Praepositura 2 moldra Siliginis et 1 moldrum Avenae. Inde officium, Pastoribus 6 denarii, Custodibus Ecclesiae et Armarii cuilibet 2 denarii, pulsantibus cuilibet 1 denarius, celebranti Missam in Capella 1 denarius de antiqua consuetudine.[483]

---

[482] <*Alia manu additum est*>*:* Posteriori tempore plures Memoriae, quarum dos erat exilior, ita conjunctae sunt, ut nunc uno eodemque die simul celebrentur. Quare nec * <*ad marginem*>*:* * Quare nec singulae nunc illis diebus aguntur, quibus infra, ex antiquioribus tabulis, adscripta sunt. 5. Memoria Henrici Schwarzenthal, Pastoris primi, sexta defuncti. Hora 7 Rector Sancti Lamberti coram Sacerdotibus et hora 7½ Rector Sancti Antonii coram domicellis Sacrum faciunt, = 10 Imperiales. Ad manus.

[483] <*Alia manu*>*:* Anticipatur haec Memoria, et fit proxime ad Natalem Domini. Vide 22 Decembris infra pag. 37.

<u>13. Octava Epiphaniae:</u> Festum adornavit Domina Jutta de Haxthausen Praeposita: ad quod cedunt 2 Floreni rhenenses de praepositura His adduntur 3 Imperiales de Communione, inde Lumen

14. - Memoria Gertrudis conversae et ministrantur prima vice de Espringen Solidi 18 / 20 solidi nunc duae Marcae et paulo plus.[484]

16 quondam 17 hujus Memoria Domicillae Margarethae up dem Berge seu de Monte Decanissae et ministrantur de Praepositura 1 Moldrum Siliginis et 1 moldrum avenae.[485]

**459** <u>Januarius</u> 3)

17. Antonii Abbatis. Festum dotatum est per Reverendum Dominum Casparum <u>Katens</u> Rectorem Beneficii Sancti Joannis Evangelistae et Beneficiatum in Bustorf et ministrantur 2 Rhenenses ex Praepositura [486]

18. - Memoria Bartholdi <u>Everken</u> et ministrantur 5 Solidi de domo et Horto Joannis Schütten in Dringenberg item 5 Solidi de quibusdam Areis in altenheerse. Adduntur 11 Solidi *P*

19. - Memoria Venerabilis Virginis Alveradis de <u>Brockhausen</u> huius Ecclesiae Canonissae dantur quinque Imperiales Sacerdotibus integra, Subdiaconis media Portio.[487]

---

[484] *<Alia manu ad marginem scriptum est>:* 15. Memoria Dorotheae ab Asseburg. Sacrum tantum. Solis sacerdotibus. = 6 Imperiales. Ad manus.

[485] *<Alia manu>:* - Et Joannis Ludoici, Rectoris Sancti Ioannis Evangelistae = 1 Imperialis. Ad manus.

[486] *<Alia manu ad marginem>:* Dominica secunda post Epiphaniam. Festum Sanctissimi Nominis JESU = 5 Imperiales. Ad manus.

[487] *<Alia manu>:* - Wilhelmi Hövet, Pastoris Istrupiensis, et aliorum. *<Ad marginem alia manu>:* Eadem *<die>* Memoria Willhelmi Hövet = 1½ Imperialis. Ad manus.

Sabbatho post Octavam Epiphaniae Servatur Festum Beatae Mariae Virginis Puerperae. dotatum et institutum per Reverendum Dominum Hermannum Tylen Pastorem secundum. Ministratur Marca ex Domo et Curia Joannis Underingen estque augmentatum Marca ex Praepositura, per Dominum Jodocum Lüdeken Beneficiatum addita. pulsantibus 2 denarii Subdiaconis integra portio adduntur 2 Marcae ex Communione.[488]

20. - Memoria Hebbelen Hüffels, alias 19 hujus uti in antiquo Libro notatum est, et dantur de quadam Curia in Altenheerse 1 quartale Siliginis, tantum hordei et tantum Avenae.[489] [490]

21. - Memoria Reverendi Domini Hermanni Decani ad Sanctum Petrum Huxariae. alias 20 hujus utpote die Martis, proveniunt de quadam Curia prope Brakel quae dicitur der Negele,[491] 8 Quartalia Siliginis, 6 quartalia Hordei et 6 quartalia Avenae. porrigit quoque eadem Curia Rectori Sancti[492] Dyonisii 6 quartalia triplicis. accedunt de Curia Hospitalis 1 Maldrum Hordei et 2 moldra Avenae. Memoria haec quater in Anno servatur et

**460** 4. Januarius

[488] <*Ad marginem alia manu:*> Cum Festum Beatae Virginis Puerperae abrogatum sit; reditus eidem olim affixi, translati sunt in 23tiam hujus mensis, qua Festum Desponsationis agitur.

[489] <*Alia manu*>*:* Eadem <*die*> Memoria Brigittae de Ketteler = 1 Imperialis. Ad manus. Alias 14ta Februarii

[490] <*Alia manu scriptum, sed postea deletum*>*:* Eadem ... Memoria Joannis Ludoici, Rectoris Ioannis Evangelistae = 1 Imperialis. Ad manus. Agitur nunc 16ta hujus.

[491] <Litteris Germanicis haec verba „der Negele“ scripta sunt.>

[492] <*Deletum*>*:* Quintini

Proventus in quatuor Partes aequales dividuntur. quarta pars quavis Vice distribuitur et quidem Abbae 2 partes caeteris integra portio estque celebrandum.

22. - Memoria Gertrudis Abbae, alias 21ma, proveniunt de bonis, dictis Goldeners Gut[493] in Herisia, 2 moldra Avenae et de quibusdam Hortis 4 Solidi.

24. - Memoria Regulae de Papenheim decanissae hujus Ecclesiae. Reditus 1 Imperialis.

25. Conversio Sancti Pauli. dantur 3 Imperiales ex Communione Sicut in aliis Apostolicis Festis. Vide: Festum Sancti Matthiae.

26. - Memoria Beatricis proveniunt de Embrica 3 modii Siliginis et 4 modii Avenae

30. - Memoria Reverendissimi Domini Domini Bernardi Episcopi Paderbornensis, sexta Pars Decimae ossendorpiensis assignatur pro hac memoria. obiit 1340[494]

**461** Februarius 5.

2. Purificationis Beatae Mariae Virginis. Festum dotavit Reverendus Dominus Theodorus de Grullé, Decani in Bustorf, 2 Marcis et dantur ex Praepositura. media portio ad Altare, Subdiac<onis>: integra portio ./ad Organa quarta vini/ videlicet 8 denarii item cuilibet quarta Vini. Insuper augmentatum est hoc Festum 5 Imperialibus per Capitulum ex Communione Statim aequaliter dividendis. Lumen nocturnale. cuivis pulsanti 2 denarii estque celebrandum propter Augmentum.

---

[493] <Litteris Germanicis scriptum>: Goldeners Gut
[494] <Alia manu additum et deinde deletum>: Siligo

<u>Nota</u> Thesauraria quondam Lumina procurabat omnia pro Abbatissa, Virginibus, Presbyteris, custodibus *pp* quae in Processione deferebantur, sed finita eadem Thesaurariae restituebantur. Postea Capitulum ordinavit, ut Scriptor unicuique Personae tam ecclesiasticae, quam Saeculari Ecclesiae deservienti Lumen procuret, quod finita processione quisque sibi retinet.[495] [496]

5. <u>Sanctae Agathae</u> Virginis Martyris. dotatum est ex Reditibus Anni gratiae Reverendi Domini Conradi Tylen Pastoris primi et Beneficiati in Bustorf una Marca, ex bonis in Campis Ahusen prope Peckelsheim Sitis. additi sunt 3 Imperiales propter exilitatem ex Communione (atque exinde est celebrandum.)[497] Lumen nocturnale. (accedunt 2 Solidi pro Matutinis decantandis distribuendi.)[498]

6. <u>Sanctae Dorotheae</u> Festum dotavit Gysela de Herse domicella, duabus Marcis ex certis bonis in Campis Driburg provenientibus, Sed Anno 1559 reempta, nunc dat Praepositura. Lumen nocturnale. Augmentatum per Capitulum 4 Marcis et 3 Solidis

**462** 6. <u>Februarius</u>

---

[495] <*Alia manu*>*:* Pastor, qui hodie Summum fecit, aeque ac duo Ministrantes, praeterea unam accipiunt candelam: ac Si Nocte Natalis Domini eodem officio functi fuerint, accedit et tertia. - Post Completorium Virgines cantant Lytanias Beatarum Virginum Martyrum.

[496] <*Ad marginem alia manu:*> 3. - Memoria Clarae ab Hattstein Praepositae. Sacrum tantum = 10 Imperiales. Ad manus.

[497] <Alia manu lineolae curvae additae sunt.>

[498] <*Alia manu unci (= lineolae curvae) additi sunt.*>

7. - Memoria Joannis des Groten et Metten Uxoris ejus et porriguntur 6 modii Siliginis et 6 modii avenae de duobus Mansis in Schwedersen.[499]

Sabbatho ante septuagesimam Festum Depositionis

Alleluja inceptum et dotatum Anno 1560 3 Imperialibus inter Personas praesentes et deservientes distribuendis. Lumen nocturnale datur. (Post Summam Missam maneant Presbiteri praesentes ad cantandam Nonam cum Antiphona. Hymnus: Cantate nobis: ibique deponitur Alleluja)[500] Capitulum dotavit.[501]

9. - Memoria Annae a Brenken quondam Praepositae legavit pensionem Annuam 200 Imperiales pro ejus Memoria aequaliter distribuendam. quae etiam hac die scilicet $1^{ma}$ Jovis $40^{mae}$ Hora $3^{tia}$ post Meridiem 1594 obiit

10. - Memoria Berthen Wegeners et Tülmans et dantur de Curia Bülhoff in Peckelsheim 6 modii Siliginis et tantum Avenae, nunc Solvit Communio 26 Solidos et 3 denarios quia recepit Pecuniam reemptionis.

12. - Memoria Agathae de Niehausen decanissae, quae legavit Capitale 200 Imperiales. Sacerdotes celebrant. Portiones absentium accrescunt Virginibus;[502]

13. - Memoria Theodorici ab Enschede Decani Monasteriensis, et solvuntur de Curia Bulhoff 2 modii Siliginis et tantum Avenae. Memoria Friderici Reeken et suorum Amicorum, curia Rustenhoff solvit 3 solidos adduntur 2 solidi

**463** Februarius
7

[499] <*Alia manu*>: Et Margaretae de Wettberg = 2½ Imperiales. Ad manus. Aliorumque

[500] *<Alia manu unci sunt additi.>*

[501] *<Alia manu additum est>:* Ista post Summum dudum non fiunt.

[502] *<Alia manu additum>:* hodie Praesentibus sine discrimine

17. - Memoria Domini Bartholdi ab Asseln. Datur Marca olim dabantur grana, nunc in Pecuniam mutata, adduntur 2 Solidi.[503]

Nota de Salve Regina,[504] Reditus desumuntur ex Curia Schmechten, praeter 2 moldra Siliginis et tantum avenae, quae spectant ad Memoriam Joannis Peters, /: his bonis Asseburgii jam gaudent:/ ad idem adsignavit Capitulum 2 moldra Siliginis et tantum Avenae ex Communione, aequaliter inter praesentes et deservientes distribuenda Anno 1559. [505][Ad Laudes Beatae Mariae Virginis decantandas ordinantur 3 Candelae ardendae, ad quas Thesauraria dabit 2 libras Cerae et Capitulum unam. Finitis hisce laudibus scilicet Feria 3 post Palmarum Scriptor de residuo Candelarum fieri faciet unam Candelam, quam ponet cum aliis duabus ad Sepulchrum Domini in Die Parasceues. * residuum Scriptor pro Cura et Labore habeat.][506] * et deinde ante Crucem usque ad ascensionem Domini.[507] [508]

---

[503] <*Alia manu additum*>*:* 18. Memoria Henrici Schwarz. Vide paginam sequentem.

[504] <*Alia manu*>: quod primum fit in die Cinerum

[505] <*Alia manu unci sunt additi.*>

[506] <*Alia manu*>*:* Est extra usum.

[507] <*Alia manu ad marginem*>*:* Salve Regina. Hora 3. Si officium defunctorum propter Memoriam recitandum fuerit, Secus hora 4. primum duae juniores Virgines ante aram Sancti Petri canunt: Ave Maria ... Dominus tecum. Reliqui pergunt: Benedicta tu ... . Dein Sacerdotes alternando inchoant: Salve Regina. Postea unam ex Antephonis consuetis: Haec est praeclarum vas; vel Ave Sanctissima. etc. pro ratione feriarum; denique Oratio. Ita notavit Nicol. Zimmermann.

[508] <*Continuatur*>*:* Residentibus, ita idem Zimmermann, in 4[ma] <*quadragesima*> datur, vulgo Fastengeld <*litteris Germanicis*>: Capitularibus = 1 Imperialis. Reliquis = ½ Imperialis. Distribuuntur porro pro quadragesima haleces et aselli indurati; pro quibus nunc, cum pisces isti hactenus maximi fuerint pretii, parata solvitur pecunia.

21. - Memoria Domicellae de Wettberg Canonissae. Solvuntur 2 Imperiales 10 Solidi 6 denarii.[509] [510]

24. Sancti Matthiae Apostoli dantur 3 Imperiales pro Praesentiis in primis Vesperis et Summa Missa existentibus (ac Missam celebrantibus.)[511] inde Lumen nocturnale, ac omnia alia facienda ac ministranda ut in novis solitum atque consuetum est fieri. Subdiaconis media portio. Et faciendum, quod in omnibus Festis Apostolorum debet deinceps fieri talis, ut praescriptum est, ministratio atque decens et laudabilis Observatio et completio thurificando et pulsando. Dotata haec festa sunt Anno 1561.

**464** 8. Februarius

25. - Memoria Beatricis et proveniunt de Curia Espringen | 17½ | 24 Solidi nunc solvuntur duae Marcae et ultra.

Feria quarta post Invocavit Memoria Juttae ab Haxthausen Praepositae, suorumque parentum et omnium Defunctorum. Reditus 1 moldrum Siliginis et tantum Avenae de bonis Ravennonis von Heygen in majori Neder | nunc alienatis aut reemptis | modo solvit Communio unum Imperialem.

27. - Memoria Margarethae v. Oyenhausen Decanissae. legavit Summan 200 Imperialium anno 1664.[512]

---

[509] *<Alia manu>:* Ad manus. Nunc 7ma hujus *<mensis>*.

[510] *<Alia manu>:* 22 - Memoria Joannis Walldeyr. Vide paginam sequentem.

[511] *<Alia manu unci additi sunt et linea subter scripta, et ad marginem additum>:* Extra usum.

[512] *<Alia manu>:* Sacerdotes faciunt Sacrum; quod qui neglexerit tertia parte distributionum mulctatur. Atque ita fit semper, quando similes memoriae "celebrantur".

28. - Memoria Künnen Edelersen, et datur Florenus rhenensis ex Praepositura et non celebrantes tertia parte carebunt, ut fuit et est moris et consuetudinis, [513] [514] [515] [516] [517]

**465** Martius Martius 9

4. Adrian sic dicitur, quia cadit in Diem Sancti Adriani Memoria Wallburgis Abbae et Fundatricis Ecclesiae herisiensis. ministratur solenne Ovilegium de Abbatia et Praepositura. Ovilegium Abbatissae, porrigit Pastori primo 2 Florenos Pastori secundo 1 Florenum cuivis sacerdoti ...[518] Ovilegium Praepositurae, quivis sacerdos 1/2 Modium tritici exclusis Virginibus, quaevis Virgo Amphoram Vini exclusis sacerdotibus etiam Pastoribus. *[519] [520](prima Missa pro Defunctis cum omnibus Caeremoniis[521] et

---

[513] <*Alia manu additum*>*:* postea abrogata.

[514] <*Ad marginem tertia manu*>*:* Dedicatio altaris Sancti Martini. C.<*onfessoris*>

[515] <*Alia manu*>*:* 18 - Memoria Henrici Schwarz, Pastoris secundi 1718 pie defuncti Sacrum tantum, Solis Sacerdotibus. = 11 Imperiales 6 Solidi. In Sacello Sancti Lamberti hora septima Sacrum sine cantu = 1 Imperialis. Omnia Ad manus.

22 - Memoria Joannis Walldeyer, Rectoris Sancti Joannis Evangelistae, Sacrum tantum. Solis Sacerdotibus = 6 Imperiales. Ad manus.

[516] <*Ad marginem alia manu:*> Martius.

[517] <*Alia manu*>*:* 3 - Memoria Sophiae de Lippe, Decanae. Sacrum tantum = 10 Imperiales. Ad manus.

[518] <Lacuna.>

[519] * <*Alia manu*>: Summum consuetum nunc consueto fit tempore, scilicet absoluta a Virginibus Tertia. - Post Nonam Solenne Funebre. Postea itur ad Sepulcrum Walburgis in Sacello Sancti Lamberti. Sermo et processio non fiunt.

[520] <*Asteriscus et unci alia manu additi sunt.*>

Visitatione Capellae Walburgis, quibus peractis fit sermo et circuitus per Coemeterium, postea Summa Missa. Si haec Dies ceciderit in Diem dominicam, tunc transfertur in Feriam secundam)

Sacerdotes, Judex abbatialis, Distributor et[522] Sacristae[523] prandent apud Pastorem primum duobus Diebus in bonis ferculis cum Cerevisia absque Vino, et caenant, in caena porrigitur panis, butyrum, Caseus cum Caerevisia. [524] [525]

5. - Memoria Venerabilis Dominae Osbern Abbae, Ovilegium sicut supra, modo conjunctim datur, (Hebdomadarius ponit septem scutellas cum haleciis) [526] [527]

---

[521] <*Quattuor verba deleta*>*:* postea concio funeb<*ris*>, circuitus

[522] <Alia manu "et" deletum est.>

[523] <*Additum alia manu*>*:* et Organoedus

[524] <*Ad marginem alia manu*>*:* Pastori primo hodie 1½ Imperialis pro caseo etc.

[525] <*Ad marginem alia manu*>*:* 4 - Memoria Wallburgis nunc ita celebratur. Pridie hora tertia cantatur Officium totum Defunctorum. -Ipso die Sacerdotes faciunt Sacrum. Circa nonam, Summum consuetum: postea funebre Solenne, quo finito itur ad Sepulcrum Wallburgis in Sacello Sancti Lamberti. ubi psalmi aliquot recitantur etc. = 5 Imperiales. Praeterea Virginibus in Summo funebri praesentibus = 8 grossi pro Vino; Sacerdotibus = ½ modius tritici. Hora tertia Salve; dein rursus Officium totum Defunctorum.

5. Ut heri. - Fit Summum funebre; Sed non Sollenne: non itur ad Sacellum Sancti Lamberti; nec dantur distributiones.

6. Memoria Joannae Catharinae Comitis de Winkelhausen Abbae <*alia manu additum*>*:* +1738 - Sacrum = 52½ Imperiales. Ad manus. Unde Capitulo = 39 2/3 Imp. Beneficiatis et Plebanis - = 9 4/6 - Reliqua diversis distribuuntur.

Nota 1°/. In Sacello Sancti Lamberti hora septima hodie non fit Sacrum; omnes enim interesse oportet Sacro fu- <*finis paginae 465, continuatur in pagina 466*>

[526] <*Suprascriptum*>*:* ac halecia; „accipit“ <*deletum*>, „ponit“ <*superscriptum est.*>

7 - Memoria Edelindis et solvitur de sexta parte in Espringen |18| 24 solidi et paulo plus. Memoria Ottiliae à Fürstenberg Abbae in Herse et Oelinghausen obiit anno 1621 legavit Capitulo 2000 Imperiales, mediam partem Abba retinet, Solvuntur aus der Helle[528] et Abba solvit ipso Die obitus: si non,

**466** 10 Martius

tunc ipso facto die Helle[529] cedit Capitulo, uti tabulae desuper confectae docent. inter Domicellas et Pastores distribuuntur 38 Floreni 3 solidi inter sacerdotes reliquos vero 11 Floreni 13 solidi 3 denarii - omnes celebrant.[530]10. - Memoria Viduae Catharinae de Siddesen sororis Praepositae de Imessen. 1 Florenus

12. Sancti Gregorii papae olim porrigebantur Pisces, nunc solvitur a Praepositura Marca praesentibus in Vesperis et Summa Missa. alienatum est. modo distribuuntur 3 Imperiales et 12 Solidi, sicut in aliis Festis 4 doctorum.

13. - Memoria Domicellarum de Zulen. 1 moldrum Siliginis et tantum avenae.

---

[527] *<Alia manu unci additi sunt atque>:* Est extra usum.

[528] *<Litteris Germanicis>:* aus der Helle

[529] *<Litteris Germanicis>*: die Helle

[530] *<Alia manu>:* Ad manus. *<Ad marginem continuatur>:* funebri circa horam nonam. Hoc olim, ut litteris dotationis sancitum *<!>* est, erat musicum, ac inter musicos 2 Imperiales distribuebantur. Nunc, musicis non canentibus, dividuntur inter sacerdotes, in sacro isto concinentes. Not. 2°/. Abba et Pastor ille, cujus est, circa nonam funebre facere, vel absentes participant; modo Pastor ab alio sacrum istud fieri curet. Ita in litteris dotationis articulo quarto et quinto diserte statuitur.

14. - Memoria Ursulae de Lippe Canonissae, ex Vinsebeck. legavit Summam 200 Imperialium. Sacerdotes celebrant.[531]

15. - Memoria Theodori de Grullen,[532] Decani in Bustorf. 1 Florenus 3 Solidi lumen nocturnale.

**467** Martius 11

16. - Memoria Domini Henrici Plass et dantur 4 Solidi quinque marcis comparati, et inter Presbiteros Beneficiatos dividendi.

Memoria Venerabilis Viri Conradi primi Pastoris et Hermanni Tylen secundi Pastoris et ministrantur 2 Imperiales aequaliter inter omnes dividendos <*!*>, juxta antiquam Ecclesiae Consuetudinem

17. - Memoria Hermanni Möllners. 5 Solidi de Praepositura, adduntur 10 Solidi et 2 modii avenae. mester Cord Sunekers est arator.

18. - Memoria Alberti Styges et Metten suae uxoris et Henrici Hertungen et omnium quorum interest. 1 Florenus.

19. Festum Sancti Josephi capitulum dotavit 1 Imperiali 5 Solidis 3 denariis. ad Manus.[533]

20. Festum Sancti Joachim. dotavit Capitulum anno 1675 tribus Imperialibus. ad manus.[534]

---

[531] <*Alia manu*>*:* - Ad Manus.

[532] <*Additum alia manu*>*:* v Grollen

[533] <*Alia manu*>*:* - Nunc celebre Dominica secunda post Pascha.

[534] <*Alia manu*>*:* Nunc celebre Dominica infra octavam Assumptionis. Vide paginam 36.

21. - Memoria Domini Gerhardi Krakerugge[535] Capitularis et Pastoris suorumque Parentum et ejus Famulae et datur 1/2 moldrum Siliginis, tantum hordei et tantum avenae mensurae Paderbornensis.

**468** 12 Martius

Dominica Laetare porriguntur una Semella praebendatis ovilegiatis et quarta Vini |est certa mensura| duo grossi Virginibus et Presbiteris continue residentibus ac divinis inservientibus juxta modum praesentiae institutum anno 1559. item dividuntur 5 Imperiales ex Mandato Capituli de anno 1569 [536]

Feria Sexta post Laetare - Memoria Mechtildis de Rettberg Abbae,[537] Ottonis de Rettberg, Henrici de Schwalenberg Comitum et Juttae ejus Filiae. et ministratur medietas Proventuum de Eissen. Abbae bis, Subdiaconis integra portio, Rectori Sancti Lamberti 3 denarii (et fiet Commendatio post Missam, estque celebrandum *.)[538] huic etiam accedunt 2 modii Siliginis et tantum avenae de eodem Villico modo 1 moldrum 4 modii Siliginis et tantum avenae.

25. Annunciationis Beatae Mariae Virginis Festum dotatum per Capitulum 5 Imperialibus ob majorem Devotionem et Reverentiam Beatae Vir-

---

[535] <*Alia manu*>*:* alias Krakenge

[536] <*Alia manu*>*:* -Isti 5 Imperiales et 8 Grossi pro vino etiam nunc dantur; reliqua non item

[537] <*Ad marginem alia manu*>*:* + 1402>

[538] <*Unci alia manu additi sunt atque *.*> <*Etiam infra additum*>*:* * Est abrogatum.

ginis exhibendam, inter omnes aequaliter dividendis, celebratio non est omittenda.[539]

N.B. de Statua Beatae Virginis de sero ejusdem Diei pulsatur more consueto ad Salve. Finito pulsu descendit Hebdomadarius cum Ministrantibus in Cappis, thuribulum deferentibus ante Statuam Virginis Mariae quam gestat Pastor, procedunt Custodes cum Luminibus. ponitur Imago in Altare Sancti Petri, thurificatur reverenter. Quo facto cantant Virgines Ave Maria dein Salve post Salve cantatur Responsorium Christi Virgo Virgines canunt Versum cum sua Gloria. eo finito cantabitur Antiphon Haec est Dies, postea Collecta et pulsatur ad Ave. His omnibus peractis ascendunt praedicti ad Imaginem, aliique Presbiteri cantando Alma redemptoris et compulsant pulsatrices ita terminando. praedictum Festum anno 1587 actum est cantharo Vini.[540]

**469** Martius 13 [541]

27. - Memoria Domini Ludolphi Presbiteri et ministrantur de Emmerke 3 modii Siliginis et 4 avenae.

28. - Memoria Domini Hermanni Decani in Huxaria secunda vice, *(*est celebrandum.*)* [542]

---

[539] <*Alia manu*>*:* - dantur 8 grossi pro Vino.

[540] <*Alia manu*>*:* Omnia ista hodie non fiunt. Post completorium a Virginibus cantantur Lytaniae.

[541] <*Additum ad marginem alia manu*>*:* Martius 26. Memoria Joannis Tütel <*linea rubra subter ducta est.*> 1737 pie defuncti. Sacerdotes tres faciunt Sacrum Uni hora 7. Sacerdotes reliqui intersunt = 3 Imperiales. Ad manus.

[542] <*Unci alia manu additi atque ad marginem scriptum est*>*:* 30. Memoria Ferdinandi Becker, <*linea rubra*> Rectoris Sanctae Annae. - Sacrum tantum. Solis Sacerdotibus = 5 Imperiales. Ad manus

Aprilis

2.- Memoria Conradi de Niehausen, et ministratur medietas Curiae in Niehausen, quae modo dat 2 moldra Siliginis et tantum avenae. Pro hac Vice distribuuntur 6 modii Siliginis et 6 modii avenae

3.- Memoria Eufemiae Decanissae herisiensis et dat major Curia in Schwedersen 2 moldra Siliginis et tantum avenae.

4. Sancti Ambrosii dotatum 6 marcis et 3 Solidis. nunc distribuuntur 3 Floreni 12 Solidi. Sicut in omnibus Festis 4. Doctorum.

5. - Memoria Joannis Abdes et suorum parentum. dantur 21 Solidi ex Praepositura. Rectori Sancti Lamberti duplex portio.

Memoria Henrici Rehermann 1 Florenus

Memoria Joannis Ludowigs Amtmani Legavit pro memoria 100 Imperiales aequaliter distribuendos (non celebrantes tertia parte carebunt.)[543]

**470** 14 Aprilis

11. - Memoria Margarethae[544] Schenken Decanae herisiensis et dantur 3 Imperiales secundum Veterem Consuetudinem.

14. - Memoria Bartholdi Wreden Pastoris primi alias Fabri, infra secundam et tertiam horas inter Presbiteros tantum, et crastina celebrantibus ut moris hucusque fuit, et ministratur hic Pensio ex 10 aureis proveniens.

---

543 *<Unci alia manu additi.>*

544 *<Alia manu additum>*: de

Insuper servatur Memoria ejusdem inter Dominas et Presbiteros et ministrantur 5 scepelini Siliginis et tantum avenae. [545] [546]

Memoria Reverendi Domini Henrici Arnoldi Pastoris secundi hac die anno 1653 mane circa horam sextam feria secunda Paschae, legavit pro Memoria 100 Imperiales pensiones aus dem Springer Hof zu Heerse.[547]

17. - Memoria Jodoci Ludeken Pastoris secundi anno 1587 defuncti. dantur ex Praepositura 3 Imperiales

19. - Memoria Jodoci ab Hörde Beneficiati ecclesiae cathedralis paderbornensis Pastoris Brakelensis, et Rectoris Altaris Sancti Quintini, anno 1618. 19 Aprilis demortui legavit Pensionem 2 1/2 Imperiales aequaliter dividendos[548]

Memoria[549] Johann[550] a Bocholz anno 1618 in Störmede demortui. Cujus Soror cum Testamentariis legavit ex bonis ejus, Pensionem 6 seu 5 Imperialium. modo dantur x[551] 2 Florini 10 Solidi 6 denarii. (non celebrantes tertia parte carebunt) [552] Subdiaconis integra portio. abrogata Denominatio, nam omnes sunt et tenentur esse Presbiteri residentes juxta Statuta[553]

---

[545] <*Alia manu scriptum*>: Nunc memoria ista agitur, ut aliae antiquiores.

[546] <*Ad marginem alia manu*>: Eadem -- Memoria Henrici Arnoldi Pastoris secundi = 3 Imperiales 19½ Solidi. Ad manus.

[547] <*Germanicis litteris.*>

[548] <*Alia manu*>: et Dorotheae de Schilder. Vide 24 paginae sequentis.

[549] <*Ad marginem alia manu*>: Nunc 22 ...

[550] <*Suffixum aliquod deletum est.*>

[551] <*Ad marginem alia manu*>: x 5 Imperiales

[552] <*Alia manu unci additi sunt.*>

[553] <*Haec sententia unco magno ad marginem denotata est.*>

**471** Aprilis 15

21. - Memoria Mechtildis de Rettberg Abbae et suorum amicorum et ministratur Medietas Curiae in Eissen. Abbae bis, Rectori Sancti Lamberti 3 denarii (etiam fiet commendatio post Missam et est celebrandum.)[554] quondam agebatur hoc 25$^{ta}$ hujus utpote in die Anniversario Mortis.

22. - Memoria Gottschalki Kleinschmedes Pastoris primi et Cunigundis suae Sororis et dantur 4 scepelini Siliginis et tantum avenae

24. - Memoria Alburgis Conversae, de Espringen proveniunt 20 Solidi et paulo plus.

Memoria Dorotheae Brigittae à Schilder datur 1 Florenus[555]

25. Sancti Marci Evangelistae dotatum anno 1561 (et servatur cum Celebratione Missarum)[556] et[557] adsignati sunt ex Communione 3 Imperiales. adduntur 2 scepelini Siliginis et tantum Avenae[558]

Vulnerum Christi servatur secunda feria 6$^{ta}$ post octavam Paschae, comparatum ex Communione anno 1678 et dantur 4 Imperiales[559] est mobile.[560]

---

[554] <*Alia manu unci additi sunt*>.

[555] <*Alia manu additum*>*:* 18 Grossi. Ad manus. - Vide 19. paginae praecedentis

[556] <*Alia manu unci additi sunt.*>

[557] <*Alia manu* "et" *est deletum.*>

[558] <*Additum ad marginem alia manu*>: Dominica Passionis Festum Chori. Olim Festum Lanceae et Clavorum. Vide paginam 16.

[559] <*Alia manu additum est*>*:* Hi, festo illo abrogato dis- ~~est mobile~~ distribuuntur nunc pro Festo Dolorum Beatae Virginis Mariae.

[560] <*Alia manu verba* "est mobile" *deleta sunt.*>

29. - Memoria Metten seelig[561] quondam famulae Domini Caspari Katers. 1 Florenus.[562]

30. - Memoria Joannis Peters suae uxoris et Parentum eorundem. dabantur 2 moldra Siliginis et tantum avenae ex curia quadam in Campis Schmeckten sitis illorum de Asseburg. anno 1598 reemptum omne - modo 5 Floreni.

**472** 15.<*!*> Aprilis

Palmarum Capitulum instituit et dotavit 28 Imperialibus ex bonis in Wetter Venditis, inter Virgines et Beneficiatos distribuendos<*!*>. Abba bis.[563]

Vigilia Paschatis (hac die Procurator Ecclesiae porrigit Abbae, Dominabus et 4 Dominis Superioribus unam Pernam Lardi. Officiatae accipiunt bis cum Scriptore *p*)[564]

Nota. (quod hic etiam quaedam Ministratio quartae Vini et Semellae ovilegialis cuilibet Personae residenti divinis hac Nocte et Diebus fideliter deservienti et praesenti per Distributorem procuranda. Subdiaconis datur similiter. Custodibus et cuilibet Armario 3 denarii pulsantibus 2 denarii

---

561 <Litteris Germanicis.>

562 <*Ad marginem alia manu additum*>*:* Feria sexta ante Palmarum Festum Dolorum Beatae Virginis Mariae = 4 Imperiales. - Ad manus.

563 <*Ad marginem alia manu scriptum*>*:* Feria secunda post Palmarum. Memoria Julianae ab Holdinghausen Canonissae. - Hora 7½ ab uno Sacerdotum ex ordine fit Sacrum, cui reliqui intersunt. Qui Sacrum facit, praeter partem communem, accipit 12 Grossi. = 5 Imperiales. Ad manus.

564 <*Alia manu unci additi sunt.*>

cuilibet. Istorf et altenherse de his nihil, ut eo maturius et diligentius Vigilent Super Gregem suum uti in omnibus Festivitatibus decet.) [565] [566]

In Sacra Nocte Paschali ex fundatione x[567] ottiliae Abbae, capitulari cuivis 1 Imperialis cuilibet Beneficiato ½ Imperialis cedit. qui in Descensu abest[568], Distributionem perdit.

Festum Paschatis finita Nona post Prandium ministrat Thesauraria Vinum[569]. Sextarium Vini Dominabus ad Chorum cum Nebulis vel mandatis. Item finitis Vesperis ad dicat nunc idem ministrat Beneficiatis 1 Sextarium Vini ad Superiorem Chorum cum Mandatis vel Nebulis. Item ex Ordinatione Capituli datur Capitularibus, cuivis 1 Imperialis: Beneficiatis cuivis 18 Grossi. Insuper, infra Octavam hujus Festi Singulis Diebus datur ex Communione 1 Imperialis in Summa Missa. F [570] [571]

In Octava Paschae fit solennis Processio Y[572] a Dominabus et Beneficiatis, et Presbiteri ibunt in albis, (praesentibus ex antiqua institutione Istorf et Altenherse.)[573] dantur 5 Imperiales. Sic ordinatum à Capitulo 1558.

**473** Aprilis 16

---

[565] *<Alia manu unci additi sunt.>*

[566] *<Ad marginem alia manu scriptum est>:* Feria 5. majoris hebdomadis hora secunda in Choro Virginum be*<n>*edicuntur liba et Vinum, ibidemque distribuuntur.

[567] *<Alia manu>:* x Annae de Furstenberg, Cellariae <!> in Oelinghausen 1620

[568] *<Alia manu additum>:* hora 12ma

[569] *<Alia manu ad marginem>:* = 16 Imperiales et vinum

[570] *<Ad marginem alia manu>:* F Presbyteris; Virginibus in Vesperis.

[571] *<Alia manu additum>:* Hoc tantum hodie usu receptum est. Reliqua non fiunt.

[572] *<Alia manu ad marginem additum>:* Y Tempore paschali Singulis diebus dominicis, 5ta excepta, fit processio per coemeterium, comitantibus Presbyteris et Virginibus. peculiares autem Solennitates non adhibentur.

[573] *<Alia manu unci additi sunt.>*

Festum Lanceae et Clavorum Domini, comparavit Jutta de Haxthausen Praeposita et distribuitur 1 moldrum Hordei ex Praepositura. Augmentatum idem Festum est per Margaretham de Columna, hujus Ecclesiae per 56 Annos Abbatissam, et anno 1589 in aprili in gandersheim cujus abbatialem Dignitatem magnis Sumptibus et forti animo devicit[574], vita functam; 5 Imperialibus pro more novorum dividendis.[575]

Festum Commendationis Mariae Virginis adornavit Jutta de Haxthausen Praeposita et legavit 1 moldrum Siliginis et tantum Avenae ex Bonis Dinkelberg in Borgentrick. deperdita omnia. nunc Capitulum 5 Imperiales porrigit.[576]

Feria secunda post Quasimodogeniti Memoria Domini Ambrosii Ambrosii. 1 Florenus

[577] Nota Feria tertia post Misericordias Domini Servatur Confraternitas Calandica herisiensis et ministrantur 4 scepelini Siliginis et tantum Avenae in Vigiliis, Processione et Summa Missa praesentibus ex Communione Ecclesiae. Totidem ministratur Feria tertia post Dionysii in alia Conventione.[578]

---

[574] <*Alia manu* devicit *deletum et mutatum*>*:* evicit

[575] <*Alia manu additum*>*:* Nunc ista distribuuntur pro Dominica Passionis.

[576] <*Alia manu additum*>*:* Cum Festum illud hodie non celebretur; frumentum et pecunia aliorsum procul dubio assignata Sunt. Vide 5. Aug.

[577] <*Alia manu ad marginem*>*:* Dominica secunda post Pascha Festum Sancti Josephi olim 19. Martii. Sup. pag. 13 <*!*>. <*Est autem pagina 11.*>

[578] <*Alia manu additum est*>*:* Majus

In hoc mense Sacerdotes faciunt Sacrum propter Suppressum Beneficium Sancti Ioannis Evangelistae.

Dominica prima Maji Festum Inventionis Sancti Crucis. olim tertia hujus. Vide paginam sequentem.

**474** 17 Majus

1. Philippi Jacobi festum dotavit Abba Lysa de Benthem[579] medietate Decimae Curiae in Risel, praesentibus in Vesperis, Missa et Processione distribuenda. dantur praeterea 3 Imperiales ex Communione ut in aliis Festis Apostolorum.

3. Inventio Sancti Crucis dotatum per Capitulum 5 Imperialibus.[580]

4. - Memoria Henrici à Westrem Rectoris Sancti Antonii, et hujus Ecclesiae Scribae, obiit 1616. legavit annuos Proventus 2½ Imperiales aequaliter dividendos. Filius ejus Johannes eodem Die 1631 mortuus est. [581]

5. - Memoria Hilburgis ab Oyenhausen Canonissae anno 1591 sequente Festo defunctae. legavit Pensionem annuam 3 Imperiales.

---

Feria quinta in Majo primum occurrente Memoria Praepositae ab Elz pro Virginibus = 5 Imperiales. Et pro Sacerdotibus ex dotatione Praepositae ab Hattstein = 2½ Imperiales pro iis scilicet qui <*pagina* 474> 17 Majus) qui in Sacro de Sanctissimo Sacramento concinunt, et dein processionem re ipsa comitantur: Strictae, ut aiunt, praesentiae. Ad manus. Si in feriam istam forte incidit Festum Ascensionis Domini; Sacrum et processio fit proxima feria quinta.

579 <*Alia manu additum*>*:* + 1372

580 <*Alia manu additum*>*:* - Nunc celebre Dominica prima, in Majo occurrente.

581 <*Alia manu ad marginem*>*:* 5. Memoria Theresiae ab Haxthausen ex Bökendorf Decanae - Sacrum tantum = <*lacuna*> Ad manus. Qui coram Domicellis ad aram facit, is praeter partem communem accipit 9 Grossos <*Hic numerus 9 est plumbo scriptus.*>.

6. Sancti Johannis ante Portam latinam dotavit Dominus Theodoricus de Grulle Decani <*!*> in Bustorf, 2 Marcis, solvuntur de Praepositura praecise ut Purificationis ministrando.

7. - Memoria Alheidis de Zegenberghe, distribuuntur 6 scepelini Siliginis et tantum Avenae ex Communione; (quondam autem 15 Solidi ex 2 Mansis in Külsen provenientes. et est celebrantibus.)[582] [583]

9. - Memoria Domini Caspari Kathers Rectoris Sancti Joannis evangelistae et Beneficiati in Bustorf. et dantur pro Anniversario 2 rhenenses ex Praepositura. Offertorium Celebrantibus. Rectori Sancti Lamberti 3 denarii

Memoria Domini Jacobi Audessen.[584] Rectoris Sancti Laurentii, 9 Maji 1620 demortui, legavit annuam pensionem 2½ Imperiales.

**475** Majus 18

Dominica ultima paschali[585] distribu<*u*>ntur ex Decreto Capituli 3 Imperiales. (et omnia servantur sicut in Die Paschae etiam in summa Missa. sequentia Laudes Salvatoris)[586]

13. - Memoria Udonis v. Sommerkalf et suorum Parentum. et solvuntur de illorum bonis de Sommerkalf annue 6 scepelini Siliginis et 16 scepelini avenae

14. - Memoria Dorotheae à Schmising canonissae; 14 Maji anno 1621 mortuae, legavit Proventus 5 Imperiales.

---

[582] *<Unci alia manu additi sunt.>*

[583] *<Alia manu>:* 8. Festum Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli = 2 Imperiales.

[584] *<Alia manu additum>:* Ausenii, Rectoris Sancti Lamberti.

[585] *<Alia manu suprascriptum>:* Nunc Dominica quinta post Pascha

[586] *<Unci alia manu additi sunt.>*

16. - Dies Depositionis octavus Caspari Kathers, datur unus rhenensis ex Praepositura. (offertorium celebrantibus.)[587]

Memoria Caspari Kathers crastina Exaudi datur Florenus rhenensis ex Praepositurà

19. - Memoria Gertrudis Breekers, distribuuntur 1 Imperialis et 2 modii Avenae.

21. Sanctae Saturninae Virginis et Martyris fiet Processio omnibus praesentibus (etiam Istorp et Altenheerse.)[588] et porrigitur praesentibus in Vespera, Missa et processione quarta Vini ex Praepositura.[589] Rectori in Choro Virginum similiter. (Sed Subdiaconis media quarta.)[590] hoc Festum praeterea dotavit Capitulum 5 Imperialibus anno 1559. Inde ut in novis. Celebratio non est omittenda praesenti in herisiensi nostro Monasterio.

Memoria Henrici Beckers et uxoris suae, et solvuntur 6 Solidi de quodam Prato in Dringenberg. adduntur 15 Solidi.

**476** 18. Majus

Festum Ascensionis Domini dotatum per Capitulum anno 1558 quinque Imperialibus. omnia ut in novis. In turri Laudes nocturnales pulsantur

Pentecostes. (dat Abbatia Latus Lardi de porcis ex Niehausen et Praepositura 15 panes siligineos et totidem triticeos ad Chorum Virginum, et dantur hujusmodi Custodibus, pauperibus et structuario pro structura. porrigitur quoque Panis et Vinum uti notatum est in Vigilia Paschae. do-

---

587 *<Unci alia manu additi sunt.>*

588 *<Unci alia manu additi sunt.>*

589 *<Alia manu ad marginem>:* = 5 Imperiales et Vinum

590 *<Alia manu unci sunt additi.>*

tavit praeterea Festum 5 Imperialibus Capitulum. Insuper datur Imperialis Capitularibus et medius Beneficiatis Sicut in paschale, et ordinatum hoc 1567.)[591]

Nota (Feria quarta quatuor temporum Thesauraria faciet legere Evangelium per unum Presbiterorum in Superpelliceo et Stola, Crucem in manu tenentem. Feria quinta faciet idem Decana, Feria sexta Praeposita et Sabbatho Abbatissa. haec ex Plenario.)[592]

Trinitatis octava Pentecostes: Solenne festum in Organis. (Processio sicut in ultimo Paschae et aliis Festis Solennioribus.)[593] dantur 2 Floreni rhenenses ex officio Wetter praesentibus in primis Vesperis, Processione et Sancta Missa. Rectori in Choro Virginum similis portio. est celebrandum et novum Festum. Domina Margaretha Schenk decana anno 1576 dotavit festum 3 Imperialibus. Capitulum pariter legavit 3 Imperiales. Dorothea à Schmising similiter 3 Imperiales donavit annue persolvendos Anno 1617.

° Anno 1577 Domina Beka ab Horn Thesauraria hoc festum 3 Imperialium Pensione annua augmentavit.

Nota 1. Post 2 Vesperas servantur Vigiliae (cum circuitu per Coemeteria)[594] pro Commemoratione omnium fidelium defunctorum, et feria sequente Missa pro eisdem per Virgines solas et nunc cum Presbiteris in Altare Sancti Petri et inferiori Ecclesiae parte. [595]ita inceptum anno 1625 et[596] anno 1629 renovatum et anno sequente 1630 observatum est.

---

[591] *<Alia manu unci sunt additi.>*

[592] *<Alia manu unci sunt additi.>*

[593] *<Alia manu unci sunt additi.>*

[594] *<Alia manu unci sunt additi.>*

[595] *<Suprascriptum est>:* ita inceptum anno 1625 et

[596] *<Deletum est>:* prout

Nota 2. (Anno 1625 renovata est deportatio reliquiarum per Pastorem ex altenheerse cum suis Parochianis, qui summo mane equitando veniunt[597]

**477** Majus 19

ex altenheerse deferentes reliquias et post Prandium processionaliter ab utroque sexu referuntur portando Imaginem Beatae Virginis quos Clerus herisiensis comitantibus Virginibus excipit in Lei<c>hhauß et ducit ad summum Chorum, cantando benedicat.)[598]

Memoria Hermanni Decani huxariensis tertia vice, quae esset servanda in crastino Corporis Christi hic in Profesto anticipatur

Corporis Christi ministratur Ovilegium per Canonicum et Rectorem Hebdomadariae secundae quod instituit Dominus Henricus de Paderborne Pastor secundus Canonicus Hebdomadarius et ministrantur cuilibet Personae praesenti 11 denarii Subdiaconis et Virginibus in Coma 6 denarii aut 5½ denarii .ad Altare 3 denarii, Custodibus Ecclesiae et Armarii 2 denarii cuivis, Pulsantibus 2 denarii cuivis. Capitulum dotavit festum hoc 3 Imperialibus ° Anno 1577

---

[597] *<Alia manu ad marginem>:* Post Vesperas festi, recitantur Vesperae pro Defunctis: denique canitur Completorium.

Feria secunda post Trinitatis Memoria Communitatis sine distributione. Hora sexta Recitatur in Choro Matutinum cum Laudibus pro defunctis; et circa octavam Sacrum funebre cum cantu: postremo Summum ssuetum *<sc. assuetum>*.

[598] *<Alia manu unci sunt additi.>*

Ex Fundatione[599] Reverendissimi Domini Theodori à Fürstenberg Principis et Episcopi Paderbornensis 1000 Imperialibus augmentatum est anno 1606, more novorum festorum distribuendis. Portiones absentium sunt in Augmento Capitalis.

Nota  postridie fit Processio circa Pagum cum Deportatione Venerabilis Sacramenti. distribuuntur 5 Imperiales in Missa et Processione praesentibus; anno 1563 dotatum est. [600]

Octava Corporis Christi ex Statuto Capituli Solenniter observanda, eo quod multa interdum Sanctorum intercidunt festa, hujuscemodi magnificum festum impedientia. Et omnia debite et rite observabuntur, quomodo in Vigilia et die Sancto absque horis decantandis, sed Presbiteri devotius celebrabunt. dantur 3 Imperiales ad Manus. actum 1549. (in hac octava Cantatur jam Matutinum ut in ipso Die devote et solenniter et designati sunt ad hoc 6 Imperiales Per Hermannum Tylen)[601]

---

[599] <*Alia manu ad marginem scriptum est*>*:* Ex dote, huic Festo a Theodoro Fürstenbergo constututa, Abba 4; Capitulum 2; Beneficiati unam partem sortiuntur. Absentium partes accrescunt Capiti. Summa dividenda anno 1799 erat 69 Imperiales 7 Solidi 1 obolus. Per Octavam diebus tribus, quibus a Sacerdotibus Vesperae alias non canerentur, in Singulis Vesperis pro Virginibus et Sacerdotibus ex dotatione Reverendissimae Asseburgicae  = 2 2/3 Imperiales. Ad manus. * Per eandem Octavam Virgines recitant bis Officium Defunctorum propter Suppressum Beneficium Sancti Joannis Evangelistae. Octava Corporis Christi celebratur nunc, ut alia festa Chori.  * Infra eandem Octavam Dedicatio Ecclesiae = 5 Imperiales et Vinum.

[600] <*Alia manu scriptum*>*:* Fit nunc processio ista ipso Festo.

[601] <*Alia manu unci sunt additi.*>

**478** 20. Majus

et Liborium Nyhaus [602]

Dedicatio Ecclesiae datur Ovilegium Sanctorum Petri et Pauli ac Sanctae Barbarae ex Praepositura, praesentibus in primis Vesperis, Processione et Missa. Rector in Choro Virginum similem portionem cum aliis. institutum anno 1520. Insuper Capitulum dotavit eam 5 Imperialibus participant Istorp et altenheerse (quia tenentur esse praesentes)[603] et datur quarta Vini

Junius

2. Sancti Erasmi fundavit Dominus Bertholdus Koyen Vicarius ecclesiae paderbornensis. dantur 2 rhenenses ex praepositura, et 3 Imperiales ad Manus. Lumen nocturnale

Memoria Elisab. ab Oyenhausen legavit pro memoria 5 Imperiales annue persolvendos [604]

7. - Memoria Domini Georgii Lamberti Pastoris. de Espringen 2 Marcae et plus. (Servatur crastina Octave <*!*> Corporis Christi)[605] [606]

---

[602] <*Ad marginem alia manu scriptum est*>*:* Dominica infra Octavam Corporis Christi Vide paginam praecedentem.

[603] <*Alia manu unci additi sunt.*>

[604] <*Alia manu ad marginem*>*:* 5. Memoria Catharinae et Margarethae Teves, Sororum. Fit tantum a Sacerdotibus juxta ordinem Sacrum. = <*lacuna*>. .Ad Manus. <*Hae sententiae lineis rubris denotatae sunt.*>

[605] <*Alia manu unci additi sunt.*>

[606] <*Alia manu additum*>*:* Vide $11^{mam}$

5. Sancti Bonifacii. Ursula de Lippe legavit annuam 3 Imperialium pensionem. ad 5. Sancti Bonifacii. Ursula de Lippe legavit annuam 3 Imperialium pensionem. ad manus.

8. - Memoria Gödeke v. Pyrmont Abbae ex bonis quibusdam in Dringenberg quondam solvebantur 2 Marcae, nunc rhenensis vel Florenus.

11. - Memoria Domini Bartholdi de Flechten dantur Proventus medietatis Curiae minoris in Schwedersen scilicet 6 modii Siliginis et tantum Avenae.[607]

13. Sancti Antonii Paderbornensis Ursula v. Fürstenberg decana legavit Pensionem annuam 5 Imperialium. ratione cuius post Summam Missam recitatur Miserere et de Profundis cum collecta. ad Manus.

**479** Junius 21

14. - Memoria Domini Balthasari Negelmanns primi hujus Ecclesiae hebdomadarii, et dantur 10 scepelini Siliginis et tantum Avenae de quadam Curia in majori Neden. nunc redemptum et solvuntur 1 Florenus 5 Solidi

16. - Memoria Domini Caspari Katers et Parentum et dantur 6 quartalia triplicis Annonae Mensurae braculensis de et ex Curia Dominae Abbae in Risel juxta tenorem litterarum: nunc Vero 1 moldrum Siliginis et tantum Avenae de Külsen, et omnia peragentur ut inferius habetur.[608]

(17. Festum 30mi Sanctae Saturniniae instituit Dominus Theodoricus de Grülle Dec<*anus*> in Bustorf. datur 1 Marca de praepositura. hic adduntur 2 scepelini avenae per Joannem brusen ex agris retro Steinenberg, 1

[607] <*Alia manu*>*:* Item Memoria Georgii Lamberti Pastoris = 2½ Imperiales. Ad Manus.

[608] <*Alia manu additum*>*:* Item Memoria Domini Pauli = 1 Imperialis. Ad manus.

scepelinus per Joannem Truten ex agris supra Sangelberg[609] et 3 Solidi et dantur ex institutione Capituli 3 Imperiales.)[610]

19[611] octava Sancti Antonii Paderbornensis. Praeposita à Schilder et Decanissa à Niehausen legaverunt pensionem annuam trium Imperialium ad Manus.[612]

20.[613] - Memoria Domini Alberti Hillen Rectoris Sancti Lamberti et Mechtildis Matris suae. 1 Florenus Nota quondam circumducebantur reliquiae, primissarius coaequitabat

21. - Memoria Domini Helmici Wevels Rectoris Sancti Antonii datur 1 Imp.

22.[614]. 10000 Martirum dotavit Dominus Joannes Fobbelen[615] Rector Sancti Quintini 5 Solidis de bonis comparatis in Geseke. (est celebrandum.)[616] ad idem festum dantur 3½ Solidi per hagemannum tegethoff et 4 solidi ex Domo Decanissae. iterum dantur 5 Solidi ex Domo Pepermollen (pro Matutinis cantandis inter Presbiteros tantum.)[617] Capitulum

---

[609] *<Litteris Germanicis>:* Sangelberg

[610] *<Unci alia manu additi sunt.>*

[611] *<Alia manu deletum et suprascriptum>:* 20

[612] *<Alia manu additum>:* Fit Solummodo post Laudes Virginum ab uno Sacerdotum Sacrum, cui reliqui intersunt.

[613] *<Alia manu "20." deletum est.>*

[614] *<Alia manu ad marginem additum est>:* Eadem Memoria Georgii Watermeyer, Rectoris Sancti Quintini. Agitur eodem modo, ac $20^{ma}$ hujus notatum est. Qui Sacrum facit, praeter partem communem accipit 12 Grossos. Ad manus.

[615] *<Alia manu additum>:* alias alias Folberen

[616] *<Alia manu unci additi sunt.>*

[617] *<Alia manu unci additi sunt.>*

**480** 22. Junius

adjecit 1 scepelinum Hordei et 5 scepelinos avenae et 3 Imperiales propter Exilitatem.[618]

24. Joannis baptistae Distribuuntur 3 Imperiales Sicut in Festo Matthiae; augmentatum est per Venerabilem Virginem Alveradam de Brockhausen Capituli seniorem 2½ Imperialibus (et quivis apud se debet legere devote Miserere)[619]

25. - Memoria Dominae de Everstein Matris Ermengardis de Solmis Abbae. dantur 3 moldra Siliginis et tantum avenae. Abba 4 Capitulum 2 Beneficiatis <*!*> et Pauperibus <*!*> unam partem recipiunt. haec ex Curia Altenheerse Tyhoff. Hic additur Medietas 2½ Florenorum ex oppido Helmwerdeshusen provenientium. in fine Missae quilibet leget unum Miserere. Defectum Annonae Supplet Communio.[620]

27.[621] - (Memoria Dominae ~~Georgii L~~[622] Sophiae de Mälsburg[623] Abbae, et datur Ovilegium de Praepositura, Videlicet 2 semellae, valentes 3 praebendales semelles et 8 seu 7 denarii pro Caseo.)[624]

29. Sanctorum Petri et Pauli dantur 3 Imperiales sicut in aliis Apostolorum Festis.

---

[618] *<Alia manu ad marginem>:* 23. Vigilia Sancti Joannis Baptistae. - In Summo = 1 Imperialis.

[619] *<Alia manu unci additi sunt.>*

[620] *<Alia manu ad marginem>:* Memoria Ferdinandi de Fürstenberg Episcopi. Obiit 1683. - Sacrum. = 27 Imperiales. Ad manus.

[621] *<Alia manu deletum et suprascriptum>:* 28

[622] <Deleta sunt>: Georgii L <incerta lectio: L>

[623] *<Alia manu mutatum>:* Mälsberg

[624] *<Alia manu unci sunt additi.>*

30. - Memoria Annae de Freismersen cellerariae ac Annae de Grone, Canonissarum. legatum - 1 Florenus

Memoria Ursulae v. Furstenberg decanissae legavit Summum 200 Florenorum, ad manus Sacerdotes celebrant.

**481** Julius
22[625]

1. - Memoria Joannis Kellners. de Schwedersen dantur 6 modii Siliginis et tantum avenae.

2. Visitationis Beatae Mariae Virginis à Capitulo institutum propter Indulgentias concessas. (peragitur cum processione et reliquiarum in sericis Cappis gestatione. Datur ovilegium juxta Consuetudinem praesentibus in primis Vesperis, Processione et Missa. etiam ponuntur lumina, quae dicuntur gadder lechte[626] sicut in mediis festis. Offertorium Pastoribus.)[627] praeterea distribuuntur 5 Imperiales ex Decreto Capituli, (celebrantibus additi. duo Diaconi thurificabunt et pulsabunt Laudes nocturnales.)[628] ponetur lumen nocturnale.

5. - Memoria Joannis Brandes, uxoris suae, suorum Parentum Civis Susatiensis. Solvuntur 3 Floreni rhenenses ex Oppido Helmwardeshusen juxta Litteras desuper confectas.

6. - Memoria Bartholdi Heldes proconsulis in Dringenberg /: alias 9na huius servanda:/ et Druden uxoris suae. Florenus rhenensis.

---

